

## Exchange of Consent

1962

1969

Dilectissimi nobis, in domum ecclesiæ convenistis, ut voluntas vestra Matrimonium contrahendi coram Ecclesiæ ministro, et communitate sacro sigillo a Domino muniatur. Amorem vestrum coniugalem Christus abunde benedicit et ad mutuam perpetuamque fidelitatem et ad cetera Matrimonii officia assumenda eos peculiari dicit et roborat Sacramento, quos ipse sancto iam Baptismate consecravit. Quare vos coram Ecclesia de mente vestra interrogo.

The priest then questions them about their freedom of choice, faithfulness to each other, and the acceptance and upbringing of children:

N. et N., venistisne huc sine coactione, sed libero et pleno corde ad Matrimonium contrahendum? Estisne parati, Matrimonii viam sequentes, ad vos mutuo diligendos et honorandos, totius vitæ decursu?

The following question may be omitted if, for example, the couple is advanced in years.

Estisne parati ad prolem amanter a Deo suscipiendam, et ad eam secundum legem Christi eiusque Ecclesiæ educandam?

Each answers the questions separately.

The priest invites the couple to declare their consent:

Cum igitur sancti Matrimonii fœdus inire, intendatis, dexteras iungite et coram Deo eiusque Ecclesia consensum vestrum exprimite.

They join hands.

### **OPTION 1-A**

The bridegroom says:

Ego N. accipio te N. in uxorem meam et promitto, me tibi fidem servaturum, inter prospera et adversa, in ægra et in sana valetudine, ut te, diligam et honorem omnibus diebus vitæ meæ.

The bride says:

Ego N. accipio te N. in maritum meum et promitto me tibi fidem servaturam, inter prospera et adversa, in ægra et in sana valetudine, ut te diligam et honorem omnibus diebus vitæ meæ.

Et primo quidem sponsum interroget:

N. Vis accipere N. hic praesentem in tuam legitimam uxorem juxta ritum sanctae matris Ecclesiae?

Respondeat sponus: Volo.

Mox Sacerdos sponsam interroget:

N. Vis accipere N. hic praesentem in tuum legitimum maritum juxta ritum sanctae matris Ecclesiae?

Respondeat sponsa: Volo.

Nec sufficit consensus unius, sed debet esse amborum, et expressus verbis, si loqui possint, aut secus aequipollentibus signis, sive fiat per se, sive per procuratorem. Mutuo autem contrahentium consensu intellecto, Sacerdos jubeat eos invicem jungere dexteras, et dicat:

### **OPTION 1-B**

In the dioceses of the United States, the following form may be used:

I, N., take you, N., for my lawful wife (husband), to have and to hold, from this day forward, for better, for worse, for richer, for poorer, in sickness and in health, until death do us part.

### **OPTION 2-A**

If, however, it seems preferable for pastoral reasons, the priest may obtain consent from the couple through questions.

First he asks the bridegroom:

N., vis accipere N. in uxorem tuam et promittis te illi fidem servaturum, inter prospera et adversa, in aegra et in sana valetudine, ut eam diligas et honores omnibus diebus vitae tuae?

The bridegroom: Volo.

Then he asks the bride:

N., vis accipere N. in maritum tuum et promittis te illi fidem servaturam, inter prospera et adversa, in aegra et in sana valetudine, ut eum diligas et honores omnibus diebus vitae tuae?

The bride: Volo.

### **OPTION 2-B**

In the dioceses of the United States, the following form may be used:

N., do you take N. for your lawful wife, to have and to hold, from this day forward, for better, for worse, for richer, for poorer, in sickness and in health, until death do you part?

The bridegroom: I do.

N., do you take N. for your lawful husband, to have and to hold, from this day forward, for better, for worse, for richer, for poorer, in sickness and in health, until death do you part?

The bride: I do.

Ego conjúngo vos in matrimónium. In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

*Vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque loci ritum.*

*Postea eos aspergat aqua benedicta.*

*Mox benedicat anulum, dicens:*

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dómine, exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

**Receiving their consent, the priest says:**

**OPTION A**

Hunc vestrum consénsu, quem coram Ecclésia manifestástis, Dóminus benígne confirmet et benedictiónem suam in vobis implére dignétur. Quod Deus coniúngit, homo non séparet. R. Amen.

**OPTION B**

Hunc vestrum. consénsu, quem coram Ecclésia manifestástis, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui protoplástos coniúnxit in paradíso, in Christo, confirmet ac benedícat, ut quod ipse coniúngit, homo non séparet.

## Blessing and Exchange of Rings

### 1962

Orémus.

Bénedic, Dómine, ánum hunc, quem nos in tuo nómine benedícimus: ut, quæ eum gestáverit, fidelitátem íntegram suo sponso tenens, in pace et voluntáte tua permáneat, atque in mútua caritáte semper vivat. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

**Deinde Sacerdos aspergat anulum aqua benedicta; et sponsus acceptum anulum de manu Sacerdotis imponat in dígito anulari sinistræ manus sponsæ, Sacerdote dicente:**

In nómine Patris, et Fílii, X et Spíritus Sancti. Amen.

**Mox Sacerdos subjungat:**

V. Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperántes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto.

R. Et de Sion tuére eos.

V. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus. Réspice, quæsumus, Dómine, super hos fámulos tuos: et institútis tuis, quibus propagatióne húmáni géneris ordinásti, benígnus assiste; ut qui te auctóre jungúntur, te auxiliánte servéntur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

### 1969

#### OPTION A

**Priest:**

Benedícat Dóminus hos ánulos, quos alter álteri tradíturi estis in signum amóris et fidelitátis. R. Amen.

#### OPTIONS B AND C

**Other forms of the blessing of the rings, nos. 110 or 111, may be chosen.**

**The bridegroom places his wife's ring on her ring finger. He may say:**

N., áccipe hunc ánum in signum amóris mei et fidelitátis meæ. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

**The bride places her husband's ring on his ring finger.**

**She may say:**

N., áccipe hunc ánum in signum amóris mei et fidelitátis meæ. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.